

Mbs. Clm. 9480.
[264r]

In translatione S. Godehardi

Omnia de confessore et pontifice praeter antiphona ad Magnificat et ad Benedictus.

Vir beatus Godehardus in lege Domini continuatim meditaturus et in tempore suo fructum virtutum daturus Bavarica stirpe floruit ortus Alleluia. Euouae.

[264v]

In festiuitate S. Godehardi episcopi et confessoris.

Ad Vesperas antiphonae vel Laudibus.

Ad Magnificat antiphona.

Magnificemus nomen Domini in meritis beati Godehardi qui stola incunditatis candidatus est in chorum confessorum elevatus cuius adiuti suffragio aeterno perfruamur gaudio. Alleluia. Euouae.

[265r]

Ad Matutinum invitatorium.

Alleluia. Deo iucundo psallite melo. In quo mirificus praesul vivit Godehardus. Alleluia.

[265v]

In primo Nocturno antiphona.

Faelix mater quae talem progenuit filium. Alleluia.. Euouae.

[266r]

Responsorium I.

Praeclarus Christi confessor Godehardus caelesti desiderio accensus ab annis puerilibus. Christum sequebatur arctinus. Alleluia. Vs: Nec aetas tenera nec voluptas animum impedivit. Christum.

Responsorium II.

Postquam iuuenis pythagorice ad vivium venit literae perfectae vitae propositum. Dextrum attigit ramum. Alleluia. Vs: Retorquens pedem a lubricis fallentis mundi gaudiis. Dextrum.

Responsorium III.

Ad triumphum aiae? vir sanctus crescens quotidie divina meruit revelatione sub limari praesulatus honore. Alleluia. Vs: Cumque revisus plurimum hoc se fateretur indignum. Divina.

Responsorium IV.

Vidit in somnis matronam mira pulchritudinis cuius nutu prostratus solo tenus audivit. Infunde unctionem tuam clemens nostris sensibus. Alleluia. Vs: Hinc pater exultat simul hoc impectore versat. Infunde. Gloria Patri. Infunde.

[266v]

In secundo Nocturno antiphona.

Votum se divinis mancipavit obsequiis. Alleluia. Euouae.

Responsorium I.

Sanctus praesul Godehardus velut lampas ignita coruscaus magno virtutum exemplo. Fulsit in sacerdotio. Alleluia. Vs : Exercens geminum nate et industriae bonum. Fulsit.

Responsorium II.

Matronae cuiusdam profidei tenore filium de sacro levavit fonte. Quae coepit gravissima oculorum torqueri mollestia. Alleluia. Vs: Cuius oculos benedicto flore meditatus est propulso dolore. Quae coepit.

Responsorium III.

Beato praesulae ex officio iter agente vidua quedam suum obtulit sibi filium. Miserabili aegritudine totum confectum corpore. Alleluia. Vs: Quem devote suscipiens duxit secum sub brevi tempore reddens sanum. Miserabili.

Responsorium IV.

Sacerdos Christi Godehardus dispensator optimus postquam Dominicam fideliter pavit familiam. Carnis solutus pondere caelo petiit hodie. Alleluia. Vs: In memoria aeterna exit iutus ab auditione mala non timebit. Carnis.

[267r]

In tertio Nocturno antiphona.

Non praesesse sed prodesse cupiens. Alleluia. Euouae.

Responsorium I.

O magnum propulsatorem daemonum qui in palude horrifacorum. Christi construxit caeno doctum?. Alleluia. Vs: In receptionem pauperum. Christi.

Responsorium II.

O sanctum vere mirificum qui privatum ministrum suum. In caelum adduxit secum. Alleluia. Qui non immemor promisit. In caelum.

Responsorium III.

O vere faelicem Godehardum antistitem. Quem nec videre nec audire daemon ausus fugit ab arremptia. Alleluia. Vs: Ab hostis antiqui latrocinio eius liberemur patrocinio. Quem.

Responsorium IV.

O admirandam divinae virtutis potentiam quae de durissimis Lapidibus Baioaricis. Abrahae filium. Beatum suscitavit Godehardum. Alleluia. Vs: Qui verbi cura molivit pectora dura. Beatum.

[267v]

Ad Laudes et per horas antiphonae.

[1] Adest dies digne celebris in quo Godehardus praesul in signis post triumphatum saeculum faelix migravit ad Dominum. Alleluia, Alleluia. Euouae.

[2] Pastor ecclesiastico praefectus est candelabro Alleluia. Euouae.

[3] Per multa virtutum argumenta divina confirmabat documenta. Alleluia. Euouae.

[4] Futurorum fuit abbatissae propheta vere dicus. Alleluia. Euouae.

[5] Venerabilis decani obitum seque in proximo anno secuturum miro praedixit vaticinio. Alleluia. Euouae.

Ad Benedictus antiphon.

Visitet nos ab alto Dominus in misericordiae suae in visceribus interventu tanti patris dirigens nos in via pacis. Alleluia. Euouae.

[269v]

In II. Vesperis antiphonae vel Laudibus.

Ad Magnificat antiphona.

O ubique praedicanda beati Godehardi meritaque suffragantur omnibus qualibet molestia laborantibus qui pio oblationis voto in fide nihil haesitans sanctum virum obsecrat desideratam consolationem apud Christum ipso mediante impetrat. Alleluia. Euouae.